

88
42



SUFRAGIA

DE LOS SANTOS

SEGUN SE OBSERVA

EN EL CONVENTO

DE RELIGIOSAS AGUSTINAS

DE N.RA SEÑORA

DE LA PAZ

DE SEVILLA.



DE CRUCE TEMPORE PASCALI.

Aña. ad Laudes.

Crucifixus surrexit á mortuis & redemit nos. Alleluja Alleluja.

℣. Dicite in nationibus Alleluja.

℟. Quia Dominus regnavit á ligno. Alleluja.

Aña. Ad Vesperas.

Crucem sanctam subiit, qui infernum confregit, accintus est potentia, surrexit die tertia. Alleluja.

℣. Dicite in nationibus. Alleluja.

℟. Quia Dominus regnavit à ligno. Alleluja.

OREMUS.

Deus qui pro nobis Filium

tuum Crucis patibnlum subire voluisti, ut inimici à nobis expelleret potestatem, concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequamur. Per eundcm Dominum.

DE CRUCE IN FERIALI OFFICIO.

Aña. ad Vesp. & Laudes.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

℣. Omnis terra adorct te & psalat tibi.

℟. Psalmum dicat nomini tuo Domine.

OREMUS.

Perpetua nos, quæsumus Domine, pace custodi: quos per lignum Sanctæ Crucis redimere dignatus es.

DE SANCTA MARIA.

Aña. ad Vesp. & Laud.

Sancta Maria sucurre miseris juva pusilanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant tuam Sanctam Commemorationem.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus noster, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ USQUE AD PURIFICATIONEM.

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

Deus, qui salutis æternæ Beatæ Mariæ Virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

DE SANCTO JOSEPHO.

Aña. ad Laudes, & Vespersa.

Joseph Fili David, noli timere

accipereMariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem Filium, & vocabis nomen ejus Jesum.

℣. Constituit eum Dominum domus suæ.


℟. Et Principem omnis posessionis suæ.

OREMUS.

Sanctissimæ genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

Aña. de Apostolis ad Vesperas.

Petrus Apostolus, & Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.



℣. Constitues eos Principes super omnem terram.

℟. Memores erunt nominis tui Domine.

Aña. de Apostolis ad Laudes.

Gloriosi Principes terræ, quomodo in uita sua dilexerunt se, ita,& in morte non sunt separati.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum

OREMUS.

Deus, cujus dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit: & Coapostolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos pro-

pitius & concede, ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur.

Aña. de Sancto Jacobo Apostolo ad Vesperas.

O Beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini Calicem bibere meruit! O gloriosum Hispaniæ Regnum tali pignore, ac Patrono munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est.

℣. Anuntiaverunt opera Dei.
℟. Et facta ejus intellexerunt.

Aña. de Sancto Jacobo Apostolo ad Laudes.

Visitavit nos per Sanctum suum Apostolum, & fecit saln-

tem de inimicis nostris Dominus Deus noster.

℣. Anuntiaverunt opera Dei.

℟. Et facta ejus intellexerunt.

OREMUS.

Esto Domine plebi tuæ Sanctificator, & custos: ut beati Jacobi Apostoli tui munita præsidiis, & conversatione tibi placeat. & secura mente deserviat.

Aña. ad Vesperas de Sancto P. N. Augustino.

Præsul Sanctissime Pater Augustine, cum Beato Thoma, Nicolao, Guilelmo, atque Matre Monica, nostri nunc memores estote, & nobiscum una præcemini, ut optata semper Christi salute fruamur.

℣. Laudate Dominum in Sanctis ejus.
℟. Laudate eum in firmamento virtutis ejus.

OREMUS.

A cunctis nos quæsumus Domine defende periculis, & intercedente Beato Patre nostro Augustino Confessore tuo, atque Pontifice, cum Beato Thoma, Nicolao, Guilelmo, & Matre Monica salutem nobis tribue mentis, & corporis : ut depulsis adversitatibus universis secure tibi serviamus.

Aña. de Pace ad Vesperas, & Laudes.

Da pacem, Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui

pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

Deus, à quo Sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem; ut, & corda nostra mandatis tuis dedita, & Hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilia. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnas in unitate Spiritu Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace.

℟. Amen.

[illegible] ad te ve-
niat.

℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per miseri-
cordiam Dei, requiescant
in pace.
℟. Amen.